



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

Appendix Ad Centuriam Pseudopontificum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153

Pag. 222. linea 20. post illud verbum, Purpurata, necnon in historia Hierosolymitana Fulcherij Carnotensis, quam nonnihil edidit Cl. V. Franciscus Duchesnius tom. 4. historiæ Francorum Scriptorum à pag. 816. usque ad 889.

Pag. 231. linea 4. post illud verbum, Viennensem, & Franciscus Duchesnius tom. 3. historiæ Francorum Scriptorum à pag. 709. usque ad 714.

APPENDIX

Ad Centuriam Pseudopontificum.

Pag. 236. post lineam 2. adde:

Constantinus Nepesinus, Ducus Nepesini filius, ex laico Pseudopontifex Romæ creatus anno Domini 767. die Dominico 4. Calendas Iulias, postridie Diaconus, & Presbyter à Georgio Prænestino Episcopo factus; Pontifex vero die Dominico sequenti, 3. Nonas Iulij, apud S. Petrum in Vaticano à Georgio Prænestino, Eustratio Albano, & Citonato Portuensi creatus aduersus Stephanum IV. legitimum Pontificem Romanum, scripsit

Epistolas varias, præsertim duas, ad Pippinum Regem Francorum, & Patricium Romanorum, quæ leguntur apud Franciscum Duchesnius tom. 3. historiæ Francorum Scriptorum à pag. 824. usque 827.

Excæcatus est à factiosis quibusdam hominibus post Stephani consecrationem. Sedit annum 1. mensem 1. & dies 9.

De Constantini Epistolis testimonia perhibent Cardinalis Baronius anno 767. num. 7. Centuriatores Magdeburgenses hæretici centuria 8. cap. 10.

Ibidem post lineam ultimam.

Paschalis III. seu IV. antea Guido Cremensis, Pseudopontifex anno Christi 1164. creatus aduersus Alexandrum III. legitimum Pontificem Romanum, scripsit

Epistolam, ad Ludouicum VII. cognomento Iuniorem Francorum

Ppp

corum

corum Regem , quæ habetur tom. 4. historiæ Francorum
Scriptorum pag. 729.

Decessit Romæ anno salutis 1164. in Basilica S. Petri, quam
magno Friderici Imperatoris præsidio adhuc obtinebat.

Ibidem

Victor IV. antea *Octavianus de Monticello*, Romanus, ex Presby-
tero Cardinali S. Cæciliæ anno gratiæ 1159. Non. Septembbris,
à nouem Cardinalibus Romæ Pseudopontifex electus contra
Alexandrum III. scripsit

Epistolas duas, ad Ludouicum VII. Francorum Regem,
quas Franciscus Duchesnius tom. 4. historiæ Francorum Scri-
ptorum pag. 582. & 583.

Obiit Lucæ in Etruria anno Christi 1164. mense Aprili,
sub Alexandro III. Pontifice Optimo Maximo.

Eius Epistolæ memorantur à Paschali Pseudopontifice in
Epistola ad Ludouicum VII. Francorum Regem.

De rebus gestis Victoris consule omnes Vitarum Pontifi-
ciarum Scriptores.

APPENDIX.

Ad Librum secundum.

Pag. 245. post lineam 17. adde

Alexander Fichetus, Sabaudus, è Minore Bournando dice-
cessis Gebennensis Societatis Iesu Theologus, edidit
Gallicè

Tropheum sanctæ Sedis, aduersus libros Marci Vulsoni Con-
filiarij Grationopolitani Caluinistæ de potestate Papæ & liber-
tatis Ecclesiæ Gallicanae. Gratianopoli anno 1640. in 4. apud
Petrum Verderum Typographum Regium, ut ab Auctore
didici.

Vivit Lugduni hoc anno salutis 1643. sub S. D. N. Urba-
no VIII. Pont. Opt. Max.

Pag. 164. lin. vltima adde. Anno 1611. mense Februarij,
ex Petro Doulremant in eius Elogio.

Pag. 268.